



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 17. Exilium S. Eusebii Samosatensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

Diebus
Sabba-
s Mar-
domini
tempore
byteri,
z manu
lubito-
ratiou
onstan-
um sit.
nt, ubi
n apud
nicant.
e Latii
posse
m cele-
i samul
ea su-
otis, a
sa Ec-
erdote
ante-
o est in
parti-
s acci-
more
buens
Sycha-
onoran-
nodie
uentor

Eucharistiam, eam manu porrigebat, **Sæculum IV.**
quam quisque sibimet ipsi in os immitte- **A. C. 374,**
ret. Clarissime hic notat, Eucharistiam
fuisse asservatam, (*) ut Christiani etiam
communicare possent extra tempus Sa-
crafficii, extra Ecclesiam, imo in locis lon-
ge dissipatis, qualia erant Monasteria in de-
sertis; id tamen etiam sub specie vini
factum fuisse haud ita facile credi potest.

§. XVII.

Exilium S. Eusebii Samosateni.

Tandem persecutio in Catholicos etiam **Theod. IV.**

S. Eusebium Samosatenum corripuit, c. 13. 14.

cujus zeli ardorem Ariani ultra ferre non
poterant. Sciens, plures Ecclesias suis
Pastoribus orbatas, Syriam, Phœniciam,
Palæstinam peragrabat, Tiaram Persicam
capite gestans, & more militari vestitus;
Presbyteros, Diaconos, aliosque Cleri-
cos ordinabat in Ecclesiis, ubi opus erat,
& si Episcopi Catholici alicubi occurris-
sent, etiam novos ordinabat Episcopos.
In eum ergo lata est sententia, ut in Thra-
ciam relegaretur. Illi, qui proscriptio-
nis mandatum ferebat, sub vesperum ad

Gg 2 se

(*) Quid huic exemplo Protestantes oppo-
nunt, qui dicunt, non licere S. Eucharistiam af-
servare? imo omnia adjuncta persuadent, illos
Christianos tantum sub Panis specie sacrum Chri-
sti Corpus, & Sanguinem accepisse.

Sæculum IV. se ingredienti, ait: *Amice! cave ne fito
pitum edas, causam adventus tui file! qua*

A. C. 374. *si populo suboleat, in profluentem te deſi-
ciet, & ego mortis tuæ auctor dicar. Hac
elocutus, pro more officium nocturnum
celebravit, tunc cum omnes prima quie-
te gravarentur, pedes egressus est cum
domesticorum fidissimo, nihil præter pul-
vinar, & librum portante; ubi ad ripam
Euphratis, urbis muros alluentis, perva-
nit, navigium conſcendens, Zeugma,
liam urbem septuaginta duobus milli-
riis, seu 24. leucis, secundo flumine, de-
vectus est. Altero sole oriente magna
conſternatio cives Samosatenos turbavit,
nam qui Episcopum comitatus fuerat, al-
ejus amicos abeuntis mandata edixerat,
quos vellet, ut feſe ſequerentur, & quos
libros ſibi afferrent. Omnes ſimul Pa-
ſtoris ſui jaſturam deflere; jam cymbo-
rum multitudine flumen tegebatur, at-
que plurimi Zeugma delati, ubi adhuc
dum hærebant, ſuſpiriis, & lacrymarum
torrentibus perorabant, ne ſe luporum
rapacitati derelinqueret; loco responſi-*

Rom. 14. eis verba Apostoli prælegit, potestatibus
obedire jubentis. Cum reditum perſu-
deri non posse viderent, in tam longi-
tineris uſum aurum, argento, veſtes,
ſervos offerebant; ipſe contentus pa-
ciſ, quæ ab amicorum familiariffimis ac-
cepit, præſentes omnes ſua inſtructions,

& precibus confirmavit, hortatus, ut pro Sæculum IV.
Doctrina Apostolica strenue decertarent. A. C. 374.
His viam ad Danubium capessit, in lo-
cum sui exilii concessurus.

In S. Eusebii locum Ariani Samosatam miserunt virum mitem, & modestum, Eunomium nomine; sed nemo, cuius cunque conditionis esset, eum ad Ecclesiæ euntem sequebatur, ibi relinquebatur solus, nemo ejus alloquium, nemo aspectum ferebat. Quadam die in balneo existens, advertit, famulos suos clausisse januas, & multos foris exspectare, tunc jussit aperiri, omnesque, ut libere lavarentur, invitabat, vidensque, quod ii, qui intraverant, subsisterent, nec aquas ingrederentur, rogavit, ut non obstante, quod ipse adesset, facerent; omnibus silentibus, credidit, id sui reverentia fieri, & nolens esse incommodus, abscessit. Tunc fecerunt, ut aqua, qua ipse lotus fuerat, efflueret, quod putarent ipsius hæresi infectam, & alia, qua ipsi lavarentur, influeret. Id ubi Eunomius cognovit, urbe excessit, hominis non satis sani esse ratus, inter cives ita affectos velle persistere. Isti suffecerunt Ariani hominem animo audaci, & turbulento, Lucium nomine; dum aliquando per plateam vehitur, pila, quam colludentes pueri jaciebant, sub pedibus asini, cui Lucius insidebat, devoluta transit; illico puerili

Ibid. 1.15.

G g 3 cla-

Sæculum IV. clamore pronuntiant, jam maledictam es-
A. C. 374. se hanc pilam; hoc audiens Lucius, quem-
dam suorum observare jussit, quid essent
facturi. Pueri ignem suscitant, pilam
que suam per flamas traducunt, ut pol-
lutam mundarent. Tantum populus Sa-
mosatenus Lucium aversabatur; ipsi,
his nihil motus, multos Ecclesiasticos vi-
ros relegari curavit, atque inter alios
volcium Diaconum in urbem Oasin dele-
tam ultra Ægyptum, & Presbyterum An-
tiochum S. Eusebii ex fratre nepotem in
quemdam Armeniæ angulum. Hæc au-

Ep. 269. tem omnia non uno tempore facta, nam
Antiochus aliquo tempore cum Eusebio,
Patruo suo, fuit, & S. Basilus, ad Euse-
bium scribens, eidem gratulatur, quod
occasione exilii nepote suo quietius pri-
posset, quam dum in gubernatione Ec-
clesiæ adjuvabat.

§. XVIII.

S. Basili pro Ecclesiis sollicitudo.

Greg. ep. 28. Sanctus Eusebius, in locum exilii sui mi-
grans, per Cappadociam transit, non
eum tamen videre S. Gregorio Nazian-
zeno per morbum licuit, quo graviter de-
cumbebat, scripsit autem, seque in ejus
tanquam Martyris preces enixe com-
mendat. S. Basilus quoque hujus exilii
tempore multas ad S. Eusebium Epistolas
dedit, accepitque, & quæ Samosata affe-
reban-